

Alte Drucke

**P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON,
|| GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA
QVAEDAM LECTIONI || & studio ...**

Vergilius Maro, Publius

Lipsiae, 1590

VD16 ZV 30860

COPA.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

Amphion, fraterq³ pari sub munere fortes,
 Cum iam vicinis streperent incendia tectis,
 Aspiciunt pigrumq³ patrem, matremq³, senemq³,
 Heu heu defessos posuisse in limine membra,
 Parcite auara manus, dites attollite pradas,
 Illis ditia sola materq³, paterq³.
 Hanc rapiunt pradam, mediumq³ exire per ignem
 Ipso dante fidem properant: ô maxima rerum,
 Et merito pietas homini tutissima virtus.
 Erubere pios iuuenes attingere flamma,
 Et quacunq³ ferunt illi vestigia, cedunt.
 Felix illa dies, illa est innoxia terra,
 Dextra sua tenent, leuaq³ incendia feruent.
 Ille per obliquos igneis, fraterq³, triumphans
 Tutus utraq² pio sub pondere sufficit illa,
 Et circa geminos avidus sibi temperat ignis.
 Incolumes abeunt tandem, & sua numina secum
 Salua ferunt, illos mirantur carmina vatum,
 Illeg³, se posuit claro sub nomine Ditis.
 Nec sanctos iuuenes attingunt sordida fata,
 Sed verè cessere domus, & iura piorum.

C O P A.

C O P A. Syrisca caput Graia redimita mitella,
 Crispum sub crotalo docta mouere latus,
 Ebria fauosa saltat lasciua taberna,
 Ad cubitum raucos excutiens calamos.
 Quid iuuat aestiuo defessum puluere abesse,
 Quam potius bibulo decubuisse toro?

N n 3

Sunt

Sunt copa, calices, scyathi, rosa, tibia, chorda,
 Triclinia umbrosis frigida arundinibus.
 Est & Menalio qua garrit dulce sub antro,
 Rustica pastoris fistula more sonans.
 Est & ^{regia} Lappa cado nuper diffusa picato,
 Est strepitans rauco murmure riuus aqua.
 Sunt etiam croceo viola de flore corolla,
 Seriaq; purpurea lutea mista rosa,
 Et qua virgineo libata Achelois ab amne
 Lilia vimineis attulit in calathis.
 Sunt & caseoli, quos iuncea fiscina siccant,
 Sunt autumnali cerea pruna die.
 Castaneaq; nutes, & suaue rubentia mala,
 Est hic munda Ceres, est amor, est Bromius.
 Sunt & mora cruenta, & lentis vva racemus,
 Et pendens iunco coeruleus cucumis.
 Est tuguri custos armatus falce saligna,
 Sed non & vasto est inguine terribilis.
 Huc Alibida veni, fessus iam sudat asellus,
 Parce illi, vestrum delictum est asinus.
 Nunc cantu crebro rumpunt arbusa cicada,
 Nunc vere in gelida sede laterta sedet.
 Si sapias astiuo recubans nunc prolue vitro,
 Seu vis crystallo ferre novos calices.
 Eia age pampinea fessus requiesce sub umbra,
 Et grauidum roseo necte caput strophio.
 Candida formosa decerpens ora puella,
 Ah pereat cui sunt prisca supercilia.
 Quid cineri ingrato seruas bene olentia feta?

Anne coronato vis lapide ista tegi?
 Pone merum & talos, pereat qui crassima curat,
 Mars aurem vellens, vivite, ait, venio.

LAUDES HORTULI.

AD ESTE Musa, maximi proles Iouis,
 Laudem feracis prædicemus hortuli.
 Hortus salubres corpori præbet cibos,
 Variosq; cultus sæpe cultori refert:
 Olus suave, multiplex herbe genus,
 Vvas nitentes, atq; sæctus arborum.
 Non desit hortis & voluptas maxima,
 Multuq; commista est modis iucunditas.
 Aqua strepentis vitreusq; ambit liquor,
 Sulcoq; ductus irrigat riuus sata.
 Flores nitefcunt discolore gramine,
 Pinguntq; terras gemmeis honoribus.
 Apes susurro murmurant grata leui,
 Cum summa florum, vel novos rores legunt.
 Fœcunda vitis coniuges vlnos grauat,
 Textasq; inumbrat pampinis harundines.
 Opaca præbent arbores vmbracula,
 Prohibentq; densis feruidum solem comis.
 Aues canoros garrula fundunt sonos,
 Et semper auras cantibus mulcent suis.
 Oblectat hortus, aduocat, pascit, tenet,
 Animoq; mæsto demit angores graues,
 Membri vigorem reddit, & visus capit,

Nn 4

Refert